Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



131

n̄ pereant imitando uos; qui coniugati estis fidē thori
seruate uxoribus ur̄is. reddite qd̄ exigitis. Uir a femina
exigis castitatē. p̄be illi exemplum. non uerbū; tu es ca
put. ~~queris fidē~~. Hac enī debes ire. qua illi n̄ sit periculo
sum sequi. immo tu ipse qua uis eā sequi. illuc debes
ambulare. a bin(be)cilliore sexu exigis fortitudinē; carnis
concupiscentiā ambo habetis. qui forcior ē prior uincat;
& tam̄ qd̄ dolendū ē. multi uiri uincuntur a feminis.
Seruant femine castitatē. quā uiri seruare nolunt & in
eo qd̄ non seruant se uiros uideri uolunt. quasi ppterea
sit forcior sexus ut eum facilius sub uiriget inimicus.
Lucta ē. p̄liū est. pugna est. Uir forcior femina. uir caput
est femine; femina pugnat & uincit. tu hosti subcūbis.
Stat corpus & iacet caput; qui aūt uxores n̄ dū habetis
& tam̄ ad mensam dominicam. iā accedetis. & carnē xp̄i
manducatis & sanguinē bibitis. si ducturi estis uxores.
seruate uos uxoribus ur̄is. quales eas uultis ad uos ue
nire. tales uos debent & ipse inuenire. Quis iuuenis est.
qui non castam uelit ducere uxorem. Et si accepturus
ē uirginem. quis non uitactam desiderat. Intactā que
ris. intactus esto; purā queris. noli ēē inpurus. Non enī
illa potest & tu non potes. si fieri n̄ possit. nec illa pos
sit. Quia uero illa potest. doceat te quod fieri potest;
& illa ut possit. ds̄ dirigit (regit). S; tu gloriosior eris si
feceris. Quare gloriosior. Iuā p̄mit custodia parentum.
refrenat infirmiorē sexū ipsa uerecundia. Postre
mo leges timet quas tu non times. Ideo gloriosior
eris si feceris. quia tu si feceris dm̄ times. Habet illa
multa que timeat. p̄ter dm̄ tu solum dm̄ times;

qua is uid.

Nota